

LEY XVII. — Como los que son menores de diez años e medio, e los locos, e los desmemoriados, no son tenudos a la pena del furto que fazen.

Moço menor de diez años e medio (1), furtando alguna cosa, como quier, que si lo fallaren con el furto, que lo pueden tomar, con todo esso, no pueden, nin deuen demandarle la cosa, con la pena del furto. Esso mesmo dezimos del loco (2), o del desmemoriado, o furioso (a). Otrrosi dezimos, que si algund mancebo, que tuuiesse ome a soldada en su casa, o a bien fazer, o otro que labrasse con el en alguna lauor por jornal cierto (3), le furtasse alguna cosa que non valiesse mucho, que maguer le puede demandar aquello que le furto, con todo esto, non le deue pechar pena de furto (4): ca a este furto llaman en latin, *furtum domesticum*. Pero el señor que lo tiene en su casa, por si mesmo, a menos del Judgador, bien lo puede castigar sobre ello segund su aluedrio (5), de manera que lo non mate, nin lise (b). Mas si el furto fuesse grande (6), o de cosa que valiesse mucho, estonce bien lo podria demandar en juyzio a cada vno destos, con la pena (c). E para saber qual furto es grande, o pequeño, para ser demandado en juyzio, o non, mandamos, que esto finque en aluedrio del Judgador (7) de cada lugar; catando todavia qual es la cosa furtada, e otrrosi la persona de aquel que la furto, e aun la de aquel a quien la furtaron.

(a) Repetimos nuestras notas a la L. 9, tit. 4 de esta Partida.

(b) (c) Hoy de ningun modo es aplicable esta doctrina, pues no se reconoce en los años la facultad de castigar a sus sirvientes, y nadie puede tomar venganza ni administrarse justicia por su mano, aunque el delito sea leve. Ademas, contra lo que aqui se establece, el hurto doméstico se estima hoy dia *calificado*: es decir, de mayor gravedad que el hurto simple, pues aquella circunstancia es *agravante*, ya se considere como abuso de confianza, ya por la mayor seguridad en cometer el delito, ya porque siempre lo agrava la circunstancia de ser cometido en la propia morada de la persona ofendida. De consiguiente, hallándose hoy derogadas las leyes penales anteriores a la promulgacion del Código penal de 1848, por su art. 494, las penas actualmente aplicables son las determinadas en el cap. 2, tit. 14, lib. 2 del Código, teniendo presente la doctrina contenida en la seccion 2.ª del cap. 4, tit. 3, lib. 1, en que se establecen *reglas para la aplicacion de las penas en consideracion a las circunstancias atenuantes o agravantes*. Acerca de estas últimas véase el cap. 4, tit. 1, lib. 4 del mismo Código.

LEY XVII. — Minor decennio cum dimidio, aut fatuus, vel familiaris, et pensionarius ad diurnas operas, furans aliquam rem domino, non tenetur ad poenam furti, sed ad rei restitutionem tantum; si tamen talis familiaris furtum magnum domino facit, tenetur poena furti; et quod sit parvum, vel magnum arbitrio iudicis relinquatur, personis furis, et domini consideratis. Hoc dicit.

(1) Menor de diez años e medio. Adde l. *impuberem*, D. eod. et suprâ ead. *Partit.* tit. 1. l. 9.

(2) Esso mesmo dezimos del loco. Vide que dixi in dict. l. 9. tit. 1. ead. *Part.*

(3) Por jornal cierto. Nota hoc, quod furtum factum à mercenario dicitur domesticum furtum, quod et habetur in l. *perspicendum*, §. *furta*, D. de *penis*, ubi et de aliis domesticis; videtur tamen, quod hic et ibi dicitur de mercenario, intelligendum de mercenario, qui stat in domo, non de eo, qui stat per se seorsum, licet laboret ad mercedem cum illo, cujus rem furatur; et ita videtur probari in dict. §. *furta*, et in specie tenet Cepola in repetitione authent. *sed novo*

*jure*, C. de *serv. fugit.* ubi et vide de filio et uxore, et multis aliis, qui dicuntur domesticis.

(4) Pena de furto. Concordat cum dict. l. *perspicendum*, §. *furta domestica*, D. de *penis*, ex quo dicit Bald. in l. *congruentius*, C. de *patria potestate*, quod valet statutum, quod quedam delicta inter domesticos non puniantur; et limita istam legem, nisi multis vicibus domesticus furetur etiam res viles, nam tunc poterit conveniri furti, secundum Bald. in l. *opud antiquos*, in fin. C. de *furtis*, et in §. *injuria*, col. 5. de *pact. jurament. firmand.*

(5) Segund su aluedrio. Adde l. 4. suprâ eod. et ibi dixi.

(6) Fuesse grande. Idem habetur in dict. §. *furta domestica*, sed an quando furtum est magnum, si factum sit per uxorem, servum vel filium, procedat quod hic dicitur et in dict. §. *furta*, ut tunc conveniantur furti, et puniantur, dubium facit l. 4. suprâ eod. et quæ ibi dixi, ubi generaliter disponitur, quod isti furti non conveniantur. Bartolus tamen in l. *si quis uxori*, in princ. D. eod. dicit, quod quando pro furto imponitur poena corporalis, puniatur filius subtrahens pat. i., quoniam habet unde solvat, scilicet, corpus suum, sicut cum habet castrense peculium: et quando furtum est magnum, vult idem esse Bartolus in uxore et filius, sicut in aliis domesticis, de quibus in dict. §. *furta*, et idem voluit in uxore in dict. §. *furta*, Idem voluit Angel. Aretin. in tractat. *malefic.* in parte *et vestem caelestem*, col. 7. loquens in uxore et filio et servo, et in parte *comparent dicti inquisiti in termino defensionis*, col. 4. Adde Joan. Fab. in §. *hi autem*, *Instit. de obl. gat. quæ ex delicto nascunt.*

(7) En aluedrio del Judgador. Adde Gloss. in l. *ad ed.* D. de *re-gulis juris*, et in dict. §. *furta*, et ibi Bart.

LEY XVIII. — Que pena meruscen los Furtadores, e los Robadores (a).

Los furtadores pueden ser escarmentados en dos maneras. La vna es, con pena de pecho. E la otra es, con escarmiento que les fazen en los cuerpos, por el furto, o por el mal que fazen. E porende dezimos (1), que si el furto es manifesto, que deue tornar el ladrón la cosa furtada (2), o la estimacion della, a aquel a quien la furto, maguer sea muerta o perdida. E demas, deue pechar quatro tanto, como aquello que valia. E si el furto fuere fecho encubiertamente, estonce le deue el ladrón dar la cosa furtada, o la estimacion della, e pechar de mas dos tanto que valia la cosa. Essa mesma pena deue pechar aquel que le dio consejo, o esfuerço, al ladrón, que fiziesse el furto; mas aquel que diesse ayuda, o consejo tan solamente, para fazerlo, deue pechar doblado (3) lo que se furto por su ayuda, e non mas. Otrrosi deuen los Judgadores, quando les fuere demandado en juyzio, escarmentar los furtadores publicamente con feridas de açotes (4), o de otra guisa, de manera que sufran pena, e verguença. Mas por razon de furto non deuen matar, nin cortar miembro (5) ninguno. Fieras ende, si fuesse ladrón conocido, que manifestamente tuuiesse caminos (6), o que robasse otros en la mar (7) con navios armados, a quien dizen *Cursarios*, o si fuesseen ladrones que ouiesseen entrado por fuerça en las casas (8), o en los lugares de otro, para robar con armas, o sin armas; o ladrón que furtasse de la Iglesia, o de otro lugar religioso, alguna cosa santa, o sagrada (9); o Oficial del Rey que tuuiesse del algun tesoro en guarda, o que ouiesse de recabdar sus pechos, o sus derechos, e le furtare, o le encubriere (10) dello a sabiendas; o el Judgador que furtasse los marauedis del Rey, o de algun Concejo, mientras estuuiere en el oficio (11) (b). Qualquier destos sobredichos, a quien fuere prouado que fizo furto en alguna destas mane-

ras (12), deue morir porende el e quantos dieren ayuda, e consejo (13) a tales ladrones, para fazer el furto, o los encubriereu (14) en sus casas, o en otros lugares, deuen auer aquella mesma pena (15). Pero si el Rey, o el Concejo, non demandasse el furto que auia fecho el su Oficial, despues que lo supiere por cierto, fasta cinco años (16), non le podria despues dar muerte por ello, como quier que le podria demandar pena de pecho de quatro doblo (17) (c).

(a) L. 9, tit. 4, lib. 3; L. 7, tit. 2, lib. 7; L. 12, tit. 1, lib. 8 del F. J. — L. 48, tit. 4; L. 6, tit. 3; L. 1, tit. 13; y L. 4, tit. 15, lib. 4 del F. R. — LL. 71 y 72 del Estilo. — L. 3, tit. 13 de esta Partida. — Titulos 14, 16, 27; y L. 2, tit. 40, lib. 12 de la N. R.

(b) Véase el cap. 14 sobre *malversacion de caudales públicos*, tit. 8, lib. 2 del Código penal de 1848.

(c) Hace mucho tiempo que se hallan anticuadas las penas que esta ley establece; y ademas hoy están derogadas, como todas las leyes penales anteriores a la promulgacion del Código penal de 1848, conforme a su art. 494: de consiguiente no pueden imponerse otras que las establecidas en el tit. 14 del mismo, que trata de los *delitos contra la propiedad*, debiendo tenerse presentes las circunstancias atenuantes ó agravantes que se explican en los capítulos 3 y 4, tit. 1, lib. 1 del Código, las personas responsables segun el tit. 2 del mismo libro, y las reglas para la aplicacion de las penas a los autores de delito consumado, de delito frustrado y tentativa, y a los cómplices y encubridores, teniendo en consideracion las circunstancias mencionadas, segun las determinaciones contenidas en el cap. 4, tit. 3 del mismo libro 1 del Código.

LEY XVIII. — Poena furti pecuniaria est quadruplum, si furtum est manifestum; et si furtum non est manifestum, et duplum, in quo simplum non computatur: et eadem poena est animantis et consultantis furem ad furtum; sed si solum consilia dat, non tenetur nisi de duplo. Si vero ad poenam corporalem agitur contra furem, flagellabitur, sed non occidetur, nec mutilabitur, nisi publicus latro sit vel pirata, aut per vim cum armis deprædetur in aliena domo vel loco, vel nisi in ecclesia, seu loco religioso furetur sanctam aut sacram rem; aut si oficiales Regis furentur de pecuniis, aut iuribus eis commissis; vel iudex de pecuniis Regis, aut communis durante officio: isti enim occidentur, et eis dantes consilium, vel auxilium; vel eos celantes. Si tamen Rex aut communitas tale furtum officiali non petat infra quinquennium, non punietur postea corporaliter, sed solum quadrupli poena. Hoc dicit.

(1) Dezimos. Concordat cum §. *poena Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc.* et l. *in furti actione*, D. eod. ubi vide, quid dupletur vel quadrupletur, et in l. *si quis*, in §. *penult.* D. eod. et per glos. in l. *jumenta*, eod. tit. et limita, ut in l. *unic.* et ibi Joan. de Platea, C. de *grege domin.* lib. 11.

(2) La cosa furtada. Videtur velle ista lex, quod eodem libello possit agi contra furem ad restitutionem rei, et ad poenam dupli vel quadrupli: et sic possit agi rei persecutoria, et actione furti eodem libello, et vide in §. *fin. Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc.* et que dixi in l. 9. supra eod.

(3) Doblado. Concordat cum l. *is qui opem*, D. eod.

(4) Con feridas de açotes. Nota hic poenam furti, cum agitur criminaliter contra furem, et adde l. *fin.* et l. *interdum fuit*, §. *qui furem*, D. de *furtis*, et in authent. *sed novo jure*, cum glos. ibi, C. de *serv. fug.* et Glos. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. de *penis*.

(5) Matar, nin cortar miembro. Concordat cum dict. authent. *sed novo jure*; non ergo procedet textus in §. *si quis quinque solidos, de pace tenend.* et quia per §. *injuria, de pac. juram. firmand.* cum dicit, quod furtum legitime puniatur, correctus est ille §. et reditum est ad antiquas ll. ut Gloss. ibi dicit, et Bart. in l. *capitalium*, §. *famosos*, D. de *penis*, et ideo de dispositione dicti §. *si quis quinque solidos*, non est curandum, neque de generali consuetudine curatur, ut dicit Bald. et Angel. in dict. authent. *sed novo jure*.

Et qua poena puniebantur fures et latrones de jure D. si volueris videre relictum, vide per Alberic. in dict. §. *famosos*, ubi refert scripta Dini et Jacobi de Arena; de jure vero Authenticarum, cum quo concordat lex ista Partitarum, aliter fuit provisum, ut in dict. authent. *sed novo jure*; et in corpore unde sumitur: quando enim furtum non cadit in aliud speciale nomen delicti, fur, qui clam subripit, et non est famosus, solum fastigatur vel poena simili punitur, ut hic habes, et notatur de jure communi per Gloss. ubi supra, si verò clam subripit, et est famosus fur, quia sæpius fecit, et tunc punitur furca, ut in dict. §. *famosos*, et in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores*. Si verò palam subripit, tunc propriè dicitur latro, et de jure communi, quando iste non erat famosus, punitur poena legis Julæ *de vi publ.* vel privata, non autem poena mortis, ut habetur in dict. §. *grassatores*, quia pro prima vice veniam habebat à furca: quidam autem aliter dicebant in hoc, sed Alberic. in dict. §. *famosos*, in hoc se resolvit, quod fur non famosus, id est, qui semel furtum fecit, fastigatur; fur famosus, id est, qui ultra quam semel furtum fecit, furca suspenditur: latro vero, qui secundum eum est qui palam furatur; si non est famosus, deportatur vel in metallum damnatur; si est famosus, furca suspenditur: ita se resolvit Alberic. post Oldral. Angelus etiam in dict. authent. *sed novo jure*, dicit, quod de jure antiquo D. pro furto, uno vel pluribus, neque poena membri, quia tunc non erat cognita, neque etiam mortis inferebatur, sed erat arbitraria, et de jure novo Authenticarum sit idem, ut habetur in dict. authent. *sed novo jure*; dicit ergo, quod fur simplex etiam pro diversis et pluribus furtis de jure antiquo et novo non debeat mori, etiamsi cum apertura parietis pecuniam subripuerit, l. 1. §. *expilatores*, D. de *effractor.* si verò essent fures qui de jure communi vocabantur *grassatores*, qui prædæ causa tantum in itineribus stant, et isti sunt proximi latronibus; et ideo lex hoc dicit, quod sunt proximi, quia non figuntur furca, sed capite puniuntur, si modo sæpius et in itineribus, aliàs non; imò aut damnantur in metallum, aut in insulam relegantur, l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. de *penis*, et eadem poena dicit puniendos latrones, qui societatem faciunt ad furandum, textus cum glos. in verbo *faciendum*, in l. *respicendum*, §. *delinquent*, D. de *penis*, et isti secundum eum debent eadem simili poena puniri: latrones verò famosi, qui secundum eum sunt aggressores stratarum, qui non saliantur spoliis nisi interficiant, et isti soli secundum eum debent furca figi, et quod de his intelligatur dictus §. *famosos*. Finaliter tamen dicit, quod practica, quæ hodie inolevit in puniendis furibus ex consuetudine furandi, potest etiam per LL. probari, nam dicta authent. *sed novo jure*, non decidit casum in committente plura furtis, sed tantum dicit, quod pro furto debet quis fastigari; unde pro pluribus furtis poterit iudex ex officio condemnare ad furcas ex arbitrio ei concesso per dict. l. *fin.* D. de *furtis*; unde dicit esse notandum ex prædictis, quod aggressor itinerum pro una vice non potest capitaliter condemnari, si non occidit vel occidere curavit. Paulus etiam de Castr. in dict. authent. *sed novo jure*, distinguit quatuor species furum, nam quidam sunt improbi, qui clam, et sine armis et sine fractura furantur, et isti, si sunt domestici et furantur rem modici valoris, nullo modo puniuntur, si sunt extranei, pro uno furto non debent mori; pro pluribus verò aggravatur poena, unde ex consuetudine et forma statutorum pro tertio furto suspenditur. Quidam vero fures sunt improbiore, ut qui cum fractura furantur, qui vocantur *expilatores*, et isti puniuntur acris etiam pro uno furto, arbitrio tamen iudicis. Quidam sunt improbissimi, ut qui in strata publica furantur, sine tamen interfectione, et vocantur *grassatores*, et de his loquitur dicta l. *capitalium*, §. *grassatores*. Quidam verò plusquam improbissimi, qui in strata publica et cum interfectione, et isti vocantur *publici latrones*, qui etiam de jure D. debent suspendi, ut in dict. §. *famosos*. Glossa tamen secundum eum in dict. authent. *sed novo jure*, videtur velle, quod publicus latro dicatur ille, qui consuevit furari, et sic etiamsi clam, si tamen pluries diceretur latro; quod intelligit Bart. in dict. §. *famoso*, quando contrarium ipsum laboraret infamia, aliàs non diceretur latro, neque famosus. Paulus vero de Castr. dicit quod latro non dicitur nisi quando palam et in strata publica; et neque hic dicitur famosus, nisi pluries facere assueverit, et istam dicit fuisse intentionem dictæ Glossæ: et quod ista fuerit intentio illius Glossæ, tenet etiam ibi Salicetus per motiva, de quibus ibi per eum, et tangam inferius. Volui ista dicta Doctorum recensere, ut cognoscas difficultatem istius materiæ propter LL. et Doctorum varietatem in

ea loquentium, et ut ex his videas, quæ approbet, vel reprobet lex ista Partitarum: in primis enim lex ista vult, quod pro furto sine aggressura commisso quis non debeat mori, vel membro aliquo mutilari; et ex regula, et exceptionibus constat velie, etsi detur assistitas in furando, neque potest dici, ut Angelus dicebat, quod ex consuetudine furandi ex arbitrio dato per dict. l. fin. possit iudex condemnare ad pœnam mortis, nam ista lex Partitarum hoc arbitrium abstulit iudici, et tantum voluit fustigari furem, vel alia pœna extra mortem, vel membri abscisionem castigari: fortè tamen potest dici, quod lex ista noluit tollere iudici potestatem aggravandi pœnam in solito furari, ut in l. *capitalium*, §. *solent*, D. de pœnis, l. *servos*, C. ad leg. Jul. de vi publica, l. *nemo*, C. de Episcopo. *audient*. hodie tamen aliter hoc est provisum per l. *Fori* lib. 4. tit. §. 1. 6. quæ in hoc est in usu, ut fur pro primo furto condemnatur in novenis, et si non potest solvere, corporaliter ut ibi punitur, nisi furtum sit cum fractura, quia tunc debet mori, ut ibi habetur; pro secundo vero furto dicit illa lex quod damnatur ad mortem, quam in hoc, ut pro secundo furto fur mori debeat, non vidi neque credo de consuetudine servari, quia videtur dura dispositio; unde saltem exigere ad pœnam mortis tertium furtum, quia pro primo et secundo furto quis ad furcas non suspenditur, sed pro tertio, quia quod delictum hoc in consuetudinem deducit, ad furcas suspenditur de generali consuetudine, quæ eo ispo reputat famosum et publicum furem, quod facit tot et tanta furta, vel saltem reputat eum grassatorem, secundum Bald. in dict. *authent. sed novo jure*, et in dict. l. *nemo*, C. de Episcopo. *audient*. et idem vult Salic. in dict. *authent. sed novo jure*, quod consuetus furari, dicatur de tribus vicibus, per LL. de quibus ibi per eum. Lex tamen istarum Partitarum, tit. 28. l. 6. in 2. *Partit* in casu speciali, in furto scilicet facto tempore belli, pro secundo furto imponit pœnam mortis, et ibi habetur unum verbum, cum dicit: *que lo tomarian como por uso*, ex quo posset quis dicere, quod ex bino furto per illam legem dicatur quis consuetus furari: adhuc tamen extra illum specialem casum, non reced. rem ad prædictis, ut scilicet exigatur tertium furtum, ex quo posset quis dicere, quod imò ex ea probetur ex bino actu non induci talem consuetudinem; sed dicit dicta lex, quod pro secundo furto in casu de quo ibi, expellantur à patria ad voluntatem Regis, quia præsumitur, quod iterum furabuntur, et furtum deducunt in consuetudinem; et probatur cum dicit: *porque lo tomarian como por uso*, etc. quasi dicat relegentur à patria, quia aliàs, si non expellantur, in usu furta tenerent, et sic non ex hoc jam dicitur consuetus, sed præsumitur, quod venit in talem consuetudinem: restat ergo quod saltem exigantur tria furta; sed an sufficiant tria furta interpolatim facta de rebus vilibus et minutis? Videbatur quod sic, quia non tam quantitas, quam affectus furandi consideratur, ut in cap. fin. 9. quæst. 6. et notat Gloss. in cap. de appellacionibus, qui enim artem et consuetudinem tenent furandi quantumcumque fuerit vice qualibet rem parvam, punitur ac si res magna furaretur, l. 1. et l. *oves*, §. *qui sapius*, D. de abigatis, l. 1. et ibi Joan. de Plat. C. de delator. lib. 10. et tradit idem Joan. de Plat. in l. unie. C. de grege domin. lib. 11. et facit quod notat Bald. in cap. 1. §. *injuria*, col. 3. de pace juram. *firm*. cum dicit, de furtulis famulorum scholarium: sed Cataldinus de Viso in suo tractat. *syndicatus*, quæst. 149. tenet contrarium, imò quod pro tribus furtis parvis non dicatur quis fur famosus, nisi fiant cum armis, et videtur æqua opinio, quando furta essent vilium rerum, et facit quod notat Bald. in l. *quicumque*, col. 2. in princ. C. de serv. fugit. vide etiam per Alexad. consil. 110. vol. 4. ubi quod pro tribus furtis parvis, quis non dicatur fur famosus, allegat Bald. in dict. §. *injuria*, col. 3. et quod pro tribus furtis rerum vilium, quis non debeat furca suspendi, tenet etiam Cæpola in repet. *authent. sed novo jure*, C. de servis fugit. in hæc verba. Si tamen ista tria furta essent parva, et de rebus magnatibus, seu minutis, puta de gallinis, de consuetudine non servatur Veronæ, quod fur pro tribus furtis de gallinis suspendatur vel moriatur; sed vidi condemnare in pecunia, vel ad standum per aliquod tempus, puta duorum, vel trium mensium, in carceribus. Et advertet, quod pro tertio furto, ut dixi de generali consuetudine fur suspenditur, etiamsi de duobus primis fuerit punitus, secundum Gandin. in suo tractat. *maleficio*. sub. tit. de pœna furum, vers. *sed pone pœnam impositam*, et Paul. de Castr. et Cæpol. in dict. *authent. sed novo jure*. Vide tamen inter consilia Bald. in vol. 3. consil. 348. incipit, *viso themate prædicto*, ubi hoc videtur limitari, ut procedat quando tertium furtum, pro quo suspenditur, est post

alia duo, de quibus fuit punitus; sed secus esset, si esset primum, de quo non fuit punitus, sed de aliis sic, quia si tractaretur tunc de puniendo primo pœna mortis, non imponeretur pœna secundum tempus delicti contra casum l. 1. D. de pœnis, et ex aliis fundamentis et motivis, quæ ibi poteris videre, quibus adde Bald. in l. *si crimen*, in fin. C. de ord. cognit. cum dicit, et unum scias, quod priora flagitia aggravant posteriora, sed non è contra, nisi iudex habeat arbitrium puniendi, quia tunc in arbitriis incipitur tempus sententiæ, quod est notatu dignum secundum eum. Item si benè advertis, lex ista Partitarum vult pro furto etiam cum effractione ostii, vel parietis, non imponi pœnam mortis, cum generaliter loquitur et ex causis exceptis formet: egulam in contrarium, et idem erat de jure communi, ut superius dixi, et habetur in l. 1. §. 2. vers. *item effractores*, et l. fin. D. de effractor. Hodie tamen per dictam legem Fori, quam etiam in hoc arbitror usitari, quando furtum fit cum perforatione domus, punitur pœna mortis: cui legi Fori adde legem Styli, num. 74. quæ declarando dictam legem extendit ad ascendentem per parietem, vel intrantem per fenestram, vel tectum domus, vel si aperuit ostium clave, vel seram arcæ effregit, vide ibi; non tamen affirmo usum illius legis Styli, unde in hoc interroga practicos maleficiozum; reperio tamen de jure communi Baldum dicentem in l. fin. D. de rerum divis. quod si quis apponat scalas ad muros, vel ad fenestras alicujus, causa violandæ castitatis, incurrit in pœnam mortis, allegat l. *si quis non dicam rapere*, C. de Episc. et Cleric. Si tamen fiat causa furandi, non reperio de jure communi, quod ob hoc possit pœna mortis puniri, imò contrarium, ut dixi superius: similiter ex ista lege et ex prædictis apparet, quod pro uno furto quantumcumque sit magnum, non debet quis mori vel mutilari membro, quicquid in contrarium dixerit Baldus in dict. *authent. sed novo jure*, et in §. *injuria*, col. 2. de pac. juram. *firm*. quem sequitur Angel. in tract. *malefic.* in parte *et vestem incipitrem*, col. 2. dicens, se ita semel practicasse Perusii: et facit l. 1. tit. 17. *Partit*. 2. ubi vide quæ dixi: facit etiam l. 1. D. de abigatis, et ibi notat Albericus, quod magis debet puniri, qui facit magnum furtum, quam qui parvum: facit etiam l. fin. tit. 15. infra ead. *Partit*. nam dictum Baldi non potest sustineri de jure, et contra eum tenent magis communiter Doctores, signanter Fulgos. Salic. et Paul. de Cast. Cæpol. in dict. *authent. sed novo jure*, et dicta lex Fori etiam in furto magno, si primum est, tamen imponit pœnam septupli, seu novenarum: hoc etiam vult lex ista Partitarum: adde quæ dixi in l. 1. tit. 17. *Partit*. 2. in gloss. super verbo *tanto tanto podria ser el furto*. Item et si fur non posset solvere septuplum, de quo in dict. l. *Fori*, et Proverb. cap. 6. vers. 31. ibi: *deprehensus quoque reddet septuplum*; tamen adhuc pro primo furto non punietur pœna abscisionis membri, sed fustigabitur, ut hic habetur, et ita est in practica, et non servatur in usu dicta lex Fori, quatenus disponit, quod in defectum pecuniæ ad septuplum abscindantur furi auriculae; esset enim tunc abscindere membrum contra istam legem; dicitur enim illud esse membrum, quod in corpore nostro habet operationem distinctam, secundum Philosophum 4. *Metaph.* ad fin. et ideo manus ad palpanandum, pes ad ambulandum, oculus ad videndum, apes ad audiendum, nasus ad odorandum, os ad gustandum, sunt membra, et tradit Angel. in dict. *authent. sed novo jure*: similiter et ex ista lege et ex prædictis patet, quod neque pro secundo furto possit de jure communi, neque ex ista lege Partitarum, furi imponi pœna mortis, vel mutilationis membri, sed debet iterum fustigari, prout dicit Jacob. Putri. et sequitur Gandin. in dict. suo tractat. *malefic.* sub. rubr. *de furtibus et latronibus*, col. 2. Hodie tamen in regno est in practica, ut pro secundo furto abscindantur aures, sicut et aliàs de jure Lombardo cavetur, ut pro primo furto amittat fur oculum, pro secundo nasum pro tertio vero suspendatur, refert Gandin. ubi supra: propterea constat, quod et si primum furtum fiat in strata publica, non punitur pœna mortis, ut dicam in gloss. seq.

(6) *Truense caminos*. Isti, ut dixi in glossa præcedenti, propriè dicuntur latrones, et de istis loquitur textus in dict. l. *capitalium*, §. *famosos*, D. de pœnis, et textus in *authent. ut nulli iudicium*, §. fin. collat. 9. ibi cum dicit, fures autem vocamus, qui occultè sine armis hujusmodi delinquant; eos verò qui violenter agrediuntur, aut cum armis, aut sine armis in domos, aut in itineribus, aut in mari, pœnis eos legalibus subdi jubemus. Advertet etiam quod isti qui in stratis furantur sine interfectione alicujus, magis propriè dicuntur grassatores, quam latrones publici; habentur tamen proximi latro-

nibus, ut dicit textus in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores*; quando verò furantur in itineribus cum interemptione hominum, isti propriè dicuntur latrones, ut habetur in dict. §. *famosos*, et dicit Angelus in l. *Prator. ait*, §. *adversus*, D. de sepulc. viol. per illum textum, quod non intelligitur latro famosus, quin consuevit furari clam, sed ille qui armatus rapit, vel subtrahit; unde dicit falsam esse opinionem dicentium, eum, qui tria furta fecit, esse famosum latronem. Collige ergo ex ista lege Partitarum, tunc demum aggredientem in stratis causa furandi puniri pœna mortis, quando pluries hoc fecit, ita quod posset dici, quod manifestè ad hoc est in itineribus: si tamen semel ita furtum fecerunt, vel facere aggressi sunt ad aliquem actum perveniendo, non puniuntur pœna mortis; debent ergo in metallum damnari, vel in insulam relegari, ut in dict. §. *grassatores*, et ut supra dixi, pro prima vice veniam merentur à furca; et hoc voluit Glossa in dict. §. *famosos*, et Gloss. in cap. *si quis fortitudinem*, 25. quæst. 5. quod est singulare, secundum Cæpol. in dict. *authent. sed novo jure*, ult. charta, pro latronibus et piratis, qui semel tantum aggrediendo, aliquem vel aliquos spoliaverunt, ut per hoc non debeant furca suspendi, vel aliter mori; quod intellige, quando in aggressionem vel furto non intervenit peremptio hominis, tunc enim et pœna mortis punitur, ut in dict. §. *famosos*, et quia pro solo homicidio debet mori.

(7) *En la mar*. Isti dicuntur piratæ, seu cursarii, ut hic dicit, et dixi supra in gloss. proxima, et pro prima vice isti non debent mori, non sequuta hominis peremptione, sed in metallum damnari: quæ pœna cum hodie non sit in usu, ut dicit Glossa in §. *relegati. Institut. quibus mod. jus patr. potest solv.* aliàs arbitrio iudicis pro tali prima vice puniuntur; et dicit Cæpola ubi supra, æquissimum se putare, si manus tali abscinderetur et banniat propter admissi criminis atrocitatem, et ista lex Partitarum satis innuit, quod pro prima vice non puniatur pirata pœna mortis, ex præcedenti dicto *oque manifestamente tuiessent caminos*, cum statim subdit: *o que ro-bassen, etc.* Unde videtur repetere verbum *manifestamente*, et cum postea dicit, *a quien dizen cursarios*.

(8) *En las casas*. Concordat cum dict. *authent. ut nulli iudicium*, §. fin. collat. 9. advertet tamen, quod non repetit hic *aut in itineribus, aut in mari*, prout habetur in dicto §. fin. et ideo fortè, quia supra dixerat de hoc: sed ut dixi supra, pro prima vice iste non debebat mori, per textum in dict. l. *capitalium*, §. *grassatores*, D. de pœnis, cuius contrarium statuitur hic. Item si, ut dixi in itineribus vel mari, ubi est major ratio propter majus periculum, et ibi minor potest haberi defensio pro prima vice non puniuntur pœna mortis, quanto magis in aggressura, quæ fit in domibus, seu oppidis, ubi major potest haberi defensio. Præterea in dict. *authent. hæc æquiparantur*, sive fiat in mari vel in itineribus, sive in domibus; ergo in omnibus idem deberet statui, et quod durius puniatur, seu debeat puniri aggressio in itineribus, quam alibi, probatur in dict. §. *grassatores*: unde fortè et in hoc enim ista lex debet intelligi de latronibus, qui non tantum semel, sed sæpius cauta prædæ in domos alienas irruerunt per vim cum armis, vel sine.

(9) *Alguna cosa santa, o sagrada*. Concordat cum l. *sacrilegii*, in princ. et ibi Gloss. D. ad leg. Jul. *peculat.* et vide Paridem de Puteo in suo tractat. *syndicatus*, fol. 86. col. 4. ubi dicit, quod suspendi fecit quemdam armigerum ex nobili progenie, qui furto subtraxerat crucem argenteam et calices sacros ecclesiæ, qui non erat secundum eum dignus pœna nobilium iustitiarum; non enim ignoscendum est militi, cui obviare telo oportet, ut latroni, l. 1. et 2. C. quando liceat unicuique sine iudice se vendicare: et limita nisi de die modicum quid aliquis ex templo ferat, ubi pœna metalli fur coercendus est, vel si honestari loco natus in insulam deportatus: potest tamen dici, quod illa lex loquitur, quando id, quod aufertur non erat sacrum, ut dicit Glossa in dict. l. *sacrilegii*, licet enim res sit modica, delictum non est modicum, sed grave, inspecta rei et loci dignitate, l. *Pædus*, §. 1. D. de incend. ruin. nauf. l. 2. C. de hæretic. sed adhuc videtur, quod si modicum esset et sine effractione fieret furtum, quod mitiganda esset pœna juxta dict. l. *sacrilegii*, et videtur hoc velle Joan. Fabr. in §. *item lex Julia peculatus, Institut. de publ. iudic.*

(10) *Le furtare, o le encubriere*. Concordat cum §. *item lex Julia peculatus, Instit. de pub. jud.* et vide quod habetur in l. 1. tit. 17. *Partit*. 2. et quæ ibi dixi.

(11) *Mienra estuuiere en el oficio*. Concordat cum dict. §. *lex*

*Julia*, et cum l. 1. C. de crimin. *peculat.* Et advertet, quia reprobat hic dictum Glossæ in dict. l. 1. cum dicit istum puniri pœna deputationis; quam glossam tenet ibi Salic. et idem tenet Joann. Fabr. in dict. §. *lege Julia*; et contra hoc videtur textus in illo §. prout etiam perpendit Angel. Aretin. ibi, et Bald. in l. *data opera*, col. 4. C. qui accusar. non poss. punitur ergo iste pœna mortis, ut hic et in dict. §. et vult Azo. C. de crimin. *peculat.* in summa, et intellige istam legem, quando iudex, vel administrator facit animo sibi appropriandi; si tamen accipiat animo exinde negotiandi, et tunc si ad utilitatem Regis, punitur in quadruplum; si ad sui, majori pœna, ut in l. 1. et 2. C. de his qui ex publ. ration. et tenet Joan. Fabr. ubi supra, ubi et limitat pœnam illius §. et hujus l. nisi pecunia esset periculo interceptantis, l. *sacrilegii*, §. 1. et §. *si autem*, D. ad leg. Jul. *peculat.* ubi et quærit Joan. Fabr. de receptoribus Regis, nunquid committant peculatum, si tantum pecunia ejus, et concludit quod sic, nisi quando pecunia esset eorum periculo, ita quod expressè tradita eis sit eorum periculo, et ipsi in se receperint periculum expressè; credit tamen quod si talis receptor reddito computo remanet debitor, quod ex hoc non debet puniri, dum tamen confiteatur debitum, et solvatur infra annum, l. cum eo, D. ad leg. Jul. *peculat.* non enim ex hoc est convictus interceptisse, quia fortè adhuc sibi deberetur; si tamen appareat recepisse, et in usus suos convertisse, dicit quod haberent locum pœnæ, de quibus supra.

(12) *Maneras*. Adde alium casum in lege sequenti; et alium quando quis emit, seu lucrificat frumentum exercitui missum, vide l. 5. C. quæ res vend. non poss. Bald. in l. *data opera*, col. 4. C. qui accusar. non poss. et alium in furante pueros alienos, vide in l. fin. C. ad L. Fav. de plagis. Bald. ubi supra. Vide alium de furto facto in curia Regis, si deprehensus fuerit in furto, in l. 1. tit. 15. lib. 8. *Ordin. Regal.* et vide l. 3. tit. 16. *Part.* 2. et quæ ibi dixi: adde alium infra ead. *Part.* tit. 15. l. fin.

(13) *Ayuda o consejo*. Concordat cum l. 1. C. de crimin. *peculat.* l. *is qui opem*, D. de furtis, et quod hic dicitur de consilio, intellige ut in l. 4. supra eod. ubi dixi: ubi et vide qualiter quis dicitur præstare auxilium furto, et vide ibi quæ in ista materia dixi. An autem mutans pecuniam dicatur præstare opem, vide Bartol. in l. *cujusque*, D. ad leg. Jul. *Majest.* per textum ibi, quod sic, et idem Bartol. per textum ibi in l. fin. D. ad leg. *Pomp. de parrie.* et vide Abb. in cap. 4. de offic. delegat. et qui dat domum ad colloquendum, videtur præstare opem maleficio, l. *et si amicis*, et ibi Bart. D. de adulter. et de nuntiis portantibus litteras ad maleficum committendum, vide Angel. Aretin. in tract. *malefic.* in parte *Sempronium mandatore*, col. 5. et Bald. in l. unie. §. *ne autem*, circa fin. vers. *extra quæro mandavi Titio*, C. de caduc. tollend. quod puniuntur, ut principales; et de assistente maleficio, vide per Bartol. in l. *in furti*, §. *ope*. et in l. *is qui opem*, D. de furtis, et Angel. Aretin. in tractat. *malefic.* in parte dicto *maleficio semper assistit*, et Bald. in repet. l. 1. col. pen. C. unde vi, et ibi de consuleute maleficio, et ibidem scilicet per Angel. Aret. vide an possit fieri processus specialiter contra Titium, et generaliter contra ejus auxiliatores; et quod eodem libello possunt accusari mandator et intersector, vide l. *minoribus*, et ibi notat Bald. C. de his quibus, ut indig. et Bald. in l. cum rationibus, C. qui accusar. non poss. et quisimul stant, unus alteri videtur dare auxilium, vide Bald. in cap. 1. de benefico. frat. et in l. non ideo minus, ad fin. C. de accus. Et an percussor possit accusari coram uno iudice, et auxiliator coram alio, vide per Bald. de contro. feud. apud pares termin. quod remitti debeat ad iudicem, qui prius incipit cognoscere. Et an præstans opem furto possit conveniri conditione furtiva? Vide per Bart. in l. sæpe ita, D. de verbor. sign. ubi dicit, quod non, nisi in subsidium: et de dante opem pluribus, qualiter puniatur si illi plures fecerunt diversa maleficia, vide per Bald. in l. cum rationibus, C. qui accusar. non poss. vide Bart. in l. fin. C. ad leg. Corn. de sicar. et eadem pœna imponitur principali, et sequaci associanti ad actum, l. 1. et ibi Bald. C. de rap. virgin. et de sequacibus, qui vadunt cum sociis, vide ibi per eum: socius etiam criminosis, et non criminis non punitur, l. *sancimus*, ubi Bald. C. de pœnis. Et an teneatur præstans opem ea pœna, et cum eisdem qualitatibus, sicut principalis? Vide Bart. in dict. l. *is qui opem*, et in l. *sancio legum*, col. 5. D. de pœnis, et in l. *libertis*, la 2. §. pen. D. de alim. et cibor. leg. et Angel. Aret. dict. parte dicto *maleficio semper assistit*, et quando proceditur contra aliquem, qui præstitit opem, vel auxilium ad aliquod maleficio, oportet quod prius constet de maleficio prin-